

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1513

Autre(s) référence(s) : Fauroux 67 / Tabuteau 155

Auteur(s) : Robert le Magnifique, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Rouen, Notre-Dame (cathédrale)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1028-1033]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert duc de Normandie et Robert archevêque de Rouen décident de confirmer à la cathédrale de Rouen tous les biens qu'elle a reçus de divers côtés :

dans le pagus de Beauvaisis, Cramoisy, et une partie de Montataire ;

en Vexin français, Vicq ;

en Vexin normand, Neaufles[-Saint-Martin], Heubécourt, Mézières ; l'église de Tilly ; l'église d'Écos ; Panilleuse, Travaillies, la moitié de Bacqueville ; trois hôtes capitales et deux demi-hôtes à Marcouville ; cent cinq acres à Houville ; à Cuverville l'église et douze hôtes ; des biens à Connelles ; Amfreville[-les-Champs] et Fretteville (dons de Guillaume-Longue-Épée au retour d'une victoire) ;

dans le pagus de Talou, Clais et Londinières ;

quatre parts de Douville-sur-Andelle et une partie de Boulay à l'exception d'un alleu, la moitié d'Ernemont[-sur-Buchy] et du Lémont, la moitié de Pibeuf et le tiers de Pierreval ;

dans le Talou, l'église de Saint-Mards, des biens à Seiberti villa sur la Dieppe ; Saint-Vaast-[d'Equiqueville] et ses dépendances ; Saint-Saire ; Bracquemont et l'église ; Cuverville et ses dépendances ; une rive de Douvrend avec Angreville, et l'église située sur l'autre rive ;

dans le comté de Caux, Bretteville-[du-Grand-Caux], et une partie de l'autre Bretteville ; deux parts de Franquevillette avec l'église ; deux moulins près du mur [de Rouen] (donation de Richard II) ;

dans le comté d'Hiémois, Nécy et l'église ; trente trois mansloth à Ouilly-[Le-Basset] ;

de nouveau dans le comté de Talou, à Envermeu les biens que Richeldis et sa fille Papie donnèrent avec le consentement de Richard II ;

dans le pagus de Parisis, Charenton sur la Marne ;

Le prince Robert y ajoute la dîme de ses deniers pour l'habillement des chanoines, et son fils Guillaume fait également une donation.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 520-521.

b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 67, p. 201-203.

Indications

Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, p. 273, n. 21.

Dissertation critique

Datation proposée par M. Fauroux.

Texte établi d'après b

In nomine sancte et individue Trinitatis. Robertus, divina favente clemencia Normanorum dux, item Robertus, Rothomagensis sedis archiepiscopus, cunctis fidelibus pacem et salutem omnem. Si nos petitionibus servorum Dei justis et rationabilibus exorabiles exhibemus, maxime super his in quibus sancte matris ecclesie status indiget nostre serenitatis auxilio relevari, confidimus, Deo auctore, regnum nostrum tranquilliori pace premuniri et nos superventure beatitudinis premia adipisci. Proinde, ex consultu fidelium nostrorum et maxime Domini sacerdotum, recensitis cartulis et annalibus preceptis anteriorum nostrorum, placuit nobis res sancte ecclesie Rothomagensis, que caput et metropolis est regni nostri, eas in jure que a quibuscumque fidelibus collecte atque roborate fuerant nostro iterum privilegio innovando confirmare, ut, si quid occasione temporum aut incuria principum ex his male sublata aut imminuta fortasse reperiantur, nostre majestatis auctoritate ad predictam matrem ecclesiam juste revocentur. Hec sunt igitur que privilegii nostri jure firmamus, sub testimonio Christi et corporali presentia sanctorum confessorum Romani, Audoeni, Laudi, Candidi, quos nostri hujus testimonii adjutores esse deprecamur et ultores de his esse precamur qui huic testamento contraire aut ex his aliquid ab usu fratrum inibi servientium subtrahere aut minuere temptaverint : in pago Belvacensi, Cramisicum, et partem de terra in villa que dicitur Mantatera ; in Vilcassino francico, villam unam que Vi vocatur ; in Vilcassino normannico, Nielfam et Hilboucort et Macerias, de Teilet autem, partem illam quam tenuit Radulfus et ecclesiam totam, scilicet ecclesiam Descoz ; in eodem comitatu, villam que Paniliosa vocatur, aliam iterum que Travalliacus dicitur, sed et dimidiam villam que Baschivilla vocatur, et in Marculfivilla tres capitales hospites et duos dimidarios, in Hulvilla.C. et .V. acras, et in Culverti villa.XII. hospites cum ecclesia, et in Cornella partem illam quam Voilborgis et soror sua ad hunc locum... ; in eodem comitatu, Amfridivillam et Fredisvillam, quas Willelmus comes dedit triumphatis hostibus victor rediens, cum quibus Cleidas et Lundinarias, cum omnibus appenditiis suis que sunt in pago Talou, et super Andellam quatuor partes de Dovilla, et partem unam de Betileto, cum molendino, preter unum alodium, simili modo dimidium Ernoldi montis et Otelni montis, et dimidium Putbou, et tertiam partem Petre vallis ; in comitatu Talou, ecclesiam de Sancto Medardo, et terram quam in Seiberti villa tenuit Levinus super fluvium Diepe, Sanctum Vedastum, cum appendiciis suis, et Sanctum Salvium, scilicet quam Iola dedit, et Branchemoter cum ecclesia, Culverti villam, quam Rainardus dedit cum appenditiis suis, de Dovrenc citeriorem partem, cum Ansgervilla, et ecclesiam que in ulteriori aque ripa sita est ; in comitatu Calciaco, Brittam villam, quam Bernardus dedit, et partem de altera Bretevilla, et .II.as partes de Franchevillea cum ecclesia ; duo quoque molendina juxta murum, que dedit Ricardus comes secundus ; in Oximensi comitatu, Niciacum, cum ecclesia et omnibus appendiciis suis, in villa Oilliaco.XXXIII. mansloth quos dedit spie Unagarus ; in prefato comitatu Talou, illam partem alodii quam Richeldis et Papia filia ipsius in Evremou, et presente Ricardo comite et .II. fructurizante ad hanc ecclesiam donaverunt ; in Parisiaco pago, super fluvium Maternam, villam unam nomine Carentun. Hujus testamenti testes extant Robertus archipresul, Robertus princeps, qui hanc cartam fieri jussit et confirmavit, qui et decimam denariorum suorum in vestimentis fratrum donavit, Willelmus, filius suus, qui et paternum donum dono suo confirmavit, Gislebertus comes, Hugo episcopus.